



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virgo Deipara in cœlum assumpta cum filio omnium proxima in gloriæ
collocatione, cap. 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Luc. 2. eam, tam dura negligentia talis filius in hono-
 rari. Non sic Apostolica Romana Ecclesia veri-
 tas, qua hanc Beatam Ierusalem in principio lati-
 tia sua proposuit, cum in hęc prima die Pascha sta-
 tionem ad sanctam Mariam Missa officio præseri-
 psit: Ipsa præ omnibus, ipsa ante omnes vias hanc
 nostram pacem: & mox: Igitur pulchre majores
 nostri tradiderunt, ut dictum est, ut in processioni-
 bus cunctis Dominicis diebus per annum Beata
 Dei Genetricis memoria prima statione visitemus
 decantando quodlibet, quod eius proprium sit, sa-
 que salutata, & oratione dicta, tunc demum pro-
 cessionem peragamus, cuius rationem supra af-
 signauerat: Quid enim convenientius, quid pul-
 chrius, quid venerabilius, quam gratulari matri
 Virgini super Resurrectione Virginis. hæc Ru-
 pertus. Idem de Christi resurgenti prima ap-
 paritione suæ Genitrici facta affirmat. Ansel-
 mus cap. 6. de excellent. Virg. S. Bonauentura
 in meditationibus vite Christi cap. 27. S. Vi-
 centius sermone 1. in die Paschæ. S. An-
 toninus 1. part. historia tit. 5. cap. 7. §. 1. & S.
 Brigitta libr. 6. Reuelat. capit. 94. inter alia
 deipara reuelata scribit eam hæc sibi dicen-
 tem: *Mihi, quæ sum Mater Dei: cum post ejus mor-
 tem incomprehensibili dolore mæsta essem, appa-
 ruit idem filius meus priusquam alijs, & palpabi-
 lem se ostendit mihi consolans me, & commemo-
 rans se visibiliter in cælum ascensurum, quam-
 uis hoc non est scriptum propter meam humilita-
 tem: hæc ibi. hoc idem apud S. Brigittam in-
 ser. Angel. c. 6. Hoc ipsum, quod patrum testi-
 moniis astruitur, hac etiam ratione, leu con-
 gruentia optimè colligitur. Dominus enim dicitur
 1. inuenitur ab his, qui non tentant illum. Appa-
 ret autem eis, qui fidem habent in illum, & Ioan.
 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego
 diligam eum, & Manifestabo ei meipsum: ut
 merito olim in Hymno S. Mariæ Magdalenæ*

de ipsa propter apparitionem primam respe-
 ctu aliorum discipulorum ei factam canebatur:
*Surgentem cum victoria
 Iesum videt ab inferis,
 Prima meretur gaudia.
 Quæ plus ardebat ceteris.*
 Quæ cum ita sint, insignis Deiparæ fides, &
 ardens præ alijs omnibus in Christum dile-
 ctio, quæ, ut diximus, tempore præsertim Do-
 minicæ passionis eluxerunt, Primam Christi
 resurgenti apparitionem, & manifestationem
 promerebantur, & quæ prima ipsum adorauit;
 quem mortalem ex suo utero genuit, prima
 quoque immortalem è sepulchro prodeun-
 tem cerneret, ac veneraretur.

Atrogabit quispiam quare Marc. cap. 16. Marc. 16
 scribitur: Dominus primum apparuisse Mariæ
 Magdalenæ, nec apparitionis Deiparæ factæ
 Euangelistæ meminerunt Respondet Rupertus
 loco citato, ad Euang. listas pertinuisse
 nominare solos illos Resurrectionis testes
 præordinatos à Deo, quos Christi Resurre-
 ctionem annunciare decuit: cauerunt autem,
 ut monet Metaphrastes loco citato, mater-
 num asserere testimonium, ne videretur sus-
 pectam, & propter maternam conjunctionem
 fides ei minus haberetur. Anselmus autem
 loco citato aliam rationem à quodam viro
 sapiente sibi redditam memorat: Quia cum
 in Euangelio inquit, nihil superfluum reperitur,
 superfluum planè videretur si matri Domini fi-
 lius resurgens scriberetur, si ut alij cuiuslibet ap-
 paruisse: Regnam videlicet Cæli, & terra omni-
 que creatura coquare illis, quibus apparuit. sic
 Anselmus. Sancta Brigitta verò, ut vidimus, id
 propter humilitatem Virginis non fuisse ab
 Euangelistis literis mandatum ex ejusdem
 Deiparæ reuelatione testatur.

VIRGO DEIPARA IN COE-
 lum assumpta filio omnium proxima in gloriæ
 collocatione.
 CAPVT XII.

D. Thom. **U**m sedenti nihil sic sua
 sede vicinius, quæ admo-
 dum ex D. Thoma in su-
 perioribus vidimus jam-
 que ostenderimus B. Virgi-
 nem à sui o tu Deo dica-
 tam: Christo in Incarna-
 tione, in totius vitæ con-
 victu, & eiusdem passione maxime fuisse pro-

pinquam: reliquum esse videtur, ut de
 summa etiam vicinitate, quæ illi per Assum-
 ptionem cum eodem in omnem æternitatem
 intercedit in gloria, aliqua dicamus: ut sic
 hanc cum Throno similitudinem omni ex
 parte ei conuenire colligamus. Et licet de ejus
 in Assumptione præ alijs vicinitate cum filio,
 nullus sit inter Catholicos dubitandi locus,
 idque

Deipara
 per Assum-
 ptionem



*Christi
 omnium
 proxima*

idque satis perspicuum sit ex ijs, quæ cap. 6. dileximus, vbi eam supra omnes euectam demonstrauimus: ad Virginis tamen præstantiam plenius declarandam, aliam in præsentia probandi viam inibimus.

Et quidem illud tanquam clarum, certumque ponimus, Deiparam post suam dormitionem reuertisse, & corpore vnâ cum anima in cælo residere: de quo licet Sophronius sermone de Assumpt. inter opera Hieronymi dubitauerit, quem Vsuardus, & Ado falsò existimantes sermonem illum esse Hieronymi in suis Martyrologiis secuti sunt: reliquorum tamen Patrum, Theologumque constans sententia tanquam certum illud recepit: sic enim docent Athanasius sermone de Annaunciatione, qui olim legebatur in Officio Assumptionis, Augustinus lib. de Assumptione, Gregorius Turonensis de gloria Confessorum cap. 4. & 9. Andreas Cretensis orat. de dorm. Damascenus orat. 1. & 2. de dorm. Iuuenalis Episcopus Ierolymitanus apud Damascenum, Nicephorus lib. 2. ca. 22. Glycas part. 3. annal. Anselmus de excell. Virg. cap. 8. Rupertus lib. 6. in Cantica in illa verba: Quæ est ista, quæ progreditur. Richardus de Sancto Victore in Cant. cap. 24. Hugo de Sancto Victore libr. 3. Eruditionis Theologicæ cap. 125. vbi inter Deiparæ præiulia recenset, quod sine dolore obierit, quodque in cælo eum corpore viuat, & ad dexteram filii singulariter sedeat, Psalmista testante: *Asiit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*. sic Hugo. Bernardus item in suis loculentissimis, quos de Virginis Assumptione habuit sermonibus. B. Laurentius Iustinianus serm. de Assumptione. His consonant Scholastici omnes, S. Thomas 3. part. q. 27. art. 1. & opusc. 8. Bonaventura in spec. cap. 2. S. Antonius 1. part. hist. tit. 6. c. 3. Gerfon Alpha 14. & reliqui Scholastici in 3. distinct. 3. 2. Hoc ipsum S. Brigittæ est reuelatum, vt videre est lib. 2. cap. 8. & 9. & lib. 6. cap. 61. & 62. & lib. 7. cap. 26. reddiditque rationem Deipara cur ab initio non fuerit cognita eius Assumptio in corpore: *Quia prius, inquit, stabilenda erat fides Ascensionis Christi*. Et communis tenentis Ecclesiæ id satis confirmat: Martyrologium quoque Romanum, & Officium Ecclesiasticum, ac Missa, quibus vitæ Ecclesia in die Assumptionis hoc ipsum ostendunt, semper enim Assumptionis nomen usurpant, quo

significant eam corpore, & anima in cælum euectam: Assumptio enim proprie, & in rigore refertur ad corpus; quemadmodum animaduertit Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 21. sect. 2. Aliorum enim Sanctorum animæ quamuis deferantur in cælum, non tamen dicuntur assumptæ, nec earum festum sub nomine assumptionis, sed potius transitus, migrationis, vel natalis celebratur. Christi verò dicitur Ascensio, quia propria virtute in cælum ascendit, quod eleganter explicat D. Thomas 3. part. q. 57. art. 3. At Deiparæ dicitur Assumptio, quia singulari Dei præiugio corpore & anima in cælum est euectâ, quod apud Catholicos aded in confesso est, vt ex Theologorum doctrina, præsertim Caneli lib. 12. de locis Theologicis c. 11. & Cordubensis lib. 1. quæst. Theolog. q. 17. & Suarez loco citato. sine temeritatis nota illud negari non possit. Ad hoc etiam illustrandum figura quedam ex arca Dei afferri potest, quæ 1. Reg. 5. tamesi à Philistæis capta, illæsa, inter hostes permansit, & in Templum Dagon inuectâ illius statuum deiecit; sic Deipara sacratissima, quamuis communi hominum conditione morte veluti capta sua, & Sanctorum Apostolorum humeris, ac manibus in sepulchrum iuncta; integrotamen, & incorrupto corpore seruata est; nec non procul ab eius corpore, & veluti prostrati iacere veimés perpetui sepulchrorum incolæ.

3. At rogabit quispiam, quoto post obitum die Deipara iurtegit; Ad quod responderi loannes Belet in rationali diuinorum officiorum c. p. 147. *Mulier, inquit, quadam religiosissima appellata Elisabeth, quæ nunc etiam in vniuersis est, habitat in finibus Saxon: & ant. lib. 4. cap. 1. sibi reuelatum, quod circiter dies quadraginta assumptum fuerit corpus post assumptionem animæ: de qua re opusculum quoddam composuit: sed non est in Romana Ecclesia comprobatum* sic ille, Similè reuelatione scribit Cæcilius factâ suâ serè ætate in Lûgobardicâ loco, qui Carixtus dicitur à Deipara cuidam Bertrammo Monacho. Ex huiusmodi reuelatione existimat Baronius in notis ad Martyrolog. ad diem 15. Augusti adiectum ab aliquo fuisse ad Martyrologium Bedæ die 23. Septembris hæc verba, de Assumptione in corpore: *Nono calendis Octobris. Secunda Assumptio sanctæ Virginis Maria, Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum libr. 7. cap. 65. hanc reuelationem*

Suarez

S. Thom.

Caneli

Suarez.

1. Reg. 5.

Quoto post

obitum die

Deipara

corpore as-

sumptum.

Ioan. Be-

let.

Elisabeth

de Saxonis

Cæcilius

Baronius

Petrus de

Natalibus

vult

vult factam Beatæ Elisabethæ de Sconaugia: at Sanctus Antoninus loco citato tribuit eam Sanctæ Elisabethæ filiz Regis Hungariæ: ipse verò eam minime probat: Nec per hoc, inquit, detrahatur sanctitati Elisabethæ si non creditur; quia & Sancti viri Prophetæ credunt à Deo sibi aliqua revelari spiritui prophetia, qua ex phantasia sua trahunt in visionibus suis, ut patet in Nathan Propheta. ita S. Antoninus. In revelationibus quoque S. Brigittæ lib. 6. cap. 62. & lib. 7. cap. 27. reuelatam ei dicitur, corpus Deiparæ iacuisse in sepulchro quindecim diebus, & postea assumptum in cœlum.

Commonis tamen sententia, teste Suarez loco citato, & Azor tomo 2. lib. 1. capit. 31. docet corpus Deiparæ in sepulchro illatum tertio post dormitionem die animæ unitum in cœlum assumptum fuisse, ut sic eam verè obisset, filioque post triduum à mortuis resurgenti similem esse constaret, hinc factum est, ut Deiparæ obitus appositissimo vocabulo à S. Damasceno, & alijs Dormitio appelletur, quod absque dolore fuerit; & post brevissimum tridui spatium Deipara corpore, & anima rediit ad dextram filij confederit, eadem enim die, qua resurrexit, assumpta est: neque enim aliqua ratio assumptionis differendæ fuit, quemadmodum erat in Christi Ascensione, quæ quadragesimo die est facta.

Iuuenalis Ierolymitanus Patriarcha rem in hunc modum gestam narrat in Euthymica historia lib. 3. cap. 40. apud Damascenum orat. 1. de dormit. Quod verò Deum suscepit eius corpus cum Angelica, & Apostolica hymnodia elaboratum iustis ac factis in loculo fuit depositum Gethsemane: quo in loco Angelorum chorea, & hymnodia mansit tres dies perpetuos. Post tres dies autem Angelica cessante hymnodia, qui aderant Apostoli, cum vnus abfuisset. (Is à Nicephoro lib. 2. histor. cap. 27. Thomas fuisse dicitur) & post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat, corpus adorare voluisset, loculum aperuerunt: sed niseratum quidem, & ex omni parte laudandum corpus nequaquam inuenire poterunt: cum ea autem solum inuenisset, in quibus fuerat compositum, & positum, & ineffabili, quæ ex his proficiscebatur, essent odore repleti, locum clausurunt. sic ille: eiusdem Iuuenalis verba Simeon Metaphrastes in oratione de vita, & obitu Deiparæ, & Nicephorus lib. 2. cap. 23. referunt.

Suarez.
Ex communi sententia sergio post dormitionem die eor. us Maria assumptum.
Azor.
Damasc.
Iuuenalis Patriarcha Ierolymitanus.
Damasc.
Niceph.
Metaphr.

4 His ita constitutis, ostendamus Deiparam præ cæteris puris creaturis, (quarum cõparatione semper loquimur,) summam in cœlo apud Deum vicinitatem, & gloriæ beatitudinem adeptam. Cum enim ex facris literis, quibus vitæ meritum, vitæ æternæ merces promittatur, satis sit exploratum; si ostendimus ea in Virgine præ cæteris cumulatifsimè reperiiri, consequens etiam erit, ipsam non solum cunctis in gloria esse prælatam, sed etiã absolutè Deo esse propinquissimam.

Cæterum non ignoro de Sanctorum gloria nobis corporis mole grauatæ difficile esse pro dignitate loqui, idque multò magis de Virgine gloria, quæ suo maximo fulgore omnium eam intueri conantium aciem perstringit, atque habet; præsertim quia gloriæ locum (quem in cœlo Virgo habet) ei ostendere; ac proinde aliis penè enarrare peculiari quadam ratione Deo tribui videtur, iuxta illud Iob. 38. ex persona Dei prolatur: Nunquid ostendisti Aurora locum suum: quod de Virgine exponens Bonauentura in speculo B. Virginis cap. 9. Non ad te, inquit, pertinet ostendere Aurora Maria locum suum in cœlo, sed ad me, id est, ad Deum; bene autem dicit suum, quasi appropriando, & discernendo illum ab alijs omnium Sanctorum locis. Hinc etiam bene legitur, Inuenerunt Sacerdotes Arcam fœderis Domini in locum suum: hic cerè locus est super omnes choros Angelorum, hic denique locus est in cœlo dignissimus hæc Bonauentura Verùm quia res ipsa postulat, ut de eo agamus, ideo ad Virginis gloriam, cuiusdemque freti auxilio, vel balbutiendo aliquid pro virili nostra dicere conabimur. Præmitto autem id, quod Ecclesiastica sæpè facetur, ipsam super choros Angelorum exaltatam, de quo S. Brigitta in reuelationibus in ferm. Angel. cap. 20. Deus, inquit, creator omnium ipsius Virginis animam quando fuit à corpore separata statim super omnes cœlos mirificè sublimauit, eique imperium super vniuersum mundum donauit, & Angelorum Dominam æternaliter ipsam constituit; qui Angeli postmodum ita obediunt Virgini affecti sunt, quod omnes inferni pœnas libentius sustinerent, quam aliquibus suis præceptis in aliquo contradicerent. hæc ibi.

5 Et quidem pleraque, quæ iustum hominem ad magnam gloriæ celsitudinem euehere in diuinis oraculis leguntur, horum nonnulla recensebimus, cumque ea in Virgine præ-

Ioan. 12. prae ceteris Sanctis absolutissima inueniri ostenderimus; simul etiam de loco eiusdem in caelo altissimo, liquidò constabit.

Primò quidem Ioan. 12. Christus Dominus ait: *Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit*: quæ ergo in gloria erit Christo magis proxima, quam Mater eius? quæ ut cap. 9. latè diximus, ab initio ad mortem vsque in eiusdem ministerijs magis, quam vllus alius sollicita, fidelis, & obsequens fuit. Verùm audiamus Augustinum, qui hunc locum Ioan. 12. ad ostendendum Virginis excellentissimum præmium, iuculenter expendit in lib. de Assumpt. Mariæ cap. 7. & 8. Si inquit, *hæc est gener alis sententia omnium, per fidem, & bonam operationem Christo ministrantium, ut ibi ego sum, illic sit & minister meus; quanto magis quodammodo, & specialius est Maria? Mariam namque operis exhibitione, & filij rigidissima veritate ministram Christi fuisse omnis, qui sanè sapit, intelligit; absq; dubio enim omni operi ministratrix extitit, qua hunc in utero gessit, partuq; profusum aluit, & fuit, & ubi pluribus exemplis id confirmasse, subiicit Augustinus: Si ibi erit maria, ubi Christus ministros suos vult esse, nunquid aequali gratia? & si aequali gratia, ubi aqua Dei censura, qua unicuique reddidit secundum sua merita? si ergo merito Maria viuenti prae omnibus donata est gratia, mortua erit minuenda? Absit, quia si omnium Sanctorum mors est pretiosa, Maria sane est pretiosissima; quam tanta est comitata gratia, ut Mater Dei dicatur, & sit. Consideratis igitur his vniuersis, & vera ratione constendum conseo, Mariam in Christo, & apud Christum esse gloriose ad æternitatis gaudia assumptam, benignitate Christi honoratius susceptam ceteris, quam hic gratia honorauit prae ceteris, & infra: Si apud illum illa, qua genuit, fuit, & aluit illū Maria Dei genitrix, Dei ministratrix, & Dei securitrix. hucusque Augustinus. Hanc etiam rationem affert Damascen. orat. 2. de dormit.*

Ioan. 12. August. *Si enim, inquit, ubi ego sum, illic & minister meus erit, inquit, vita, & veritas Christus; quo modo non potius mater cum ipso erit? Hinc Guarricus sermone de Assumptione introducit Christum dicentem Virgini: Nullus, inquit, mihi plus ministravit in humilitate mea, nulli abundantius administrare volo in gloria mea, nec satis glorificatus videor donec tu glorificeris, hæc ille.*

Secundò, Ioan. 17. Christus ad Patrem: Pa-

ter sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti quia ex mihi, volo ut sint unum sicut & nos. Hunc etiã Virgine locum Augustinus libro citato cap. 5. & 6. ad carnem idem probandum his verbis sic affect. *Si vni- Christus tatem potest facere gratia sine proprietate specia accepit. lis natura, quanto magis ubi gratia vnitas, & Ioan. 7. corporis est specialis nativitas, ut in Maria. Pater August. sancte rogo, ut omnes vnus sint sicut & tu Pater in me, & ego in te; hoc est, ut ipsi sint per gratiam, quod nos sumus per diuinitatis naturam. Hac quippe gratia vnitas, qua cunctis in Christum credentibus seruat, si Maria non tollitur, quanto magis cum gratia vnitate ipsa specialitas natura vnus efficit Matrem, & filium, & filium & matrem? De illis etiam, quos secum per gratiam vnus esse voluit ait, Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem, quam dedisti mihi: si igitur eos secum habere vult, quid estimandum est de matre, ubi digna sit haberi, nisi in presentia filij? Negitur Maria anima claritate fruatur Christi, & gloriosis conspectibus eum semper videre stans, & semper conspiciens, dum inestimabiliter pascitur excellentiori quadam specialiq; prerogatiua à filio honoratur possidens in Christo corpus suū, quod genuit clarificatū in dextera Patris, & in lilia Thronum Dei, Thalammum Domini, Domum, atq; Tabernaculum Christi, dignum est ibi esse, ubi ipse est. hæc Augustinus: qui etiam dixerat prius, Christum Dominum carnem, quam de Matre suscepit, supra astra transuexille, & sic honorasse omnem humanam naturam, sed multò magis maternam, S. Bernardinus tom. 3. serm. 2. de glorioso nomine Mariæ art. 2. cap. 1. Si, inquit, eorum quorum eadem est natura, idem est locus; ipsius autem, & filij eadem est natura, ergo idem locus erit; qua propter & merito, & loco vicinissima erit filio suo; non secus, ac stella polaris polo suo; Stella autem polaris ex S. Bernardino S. Bernardino loco citato art. 1. cap. 2. sublimissima est post diuinitatem, ita Virgo post filium, Christus etiam ex S. Bernardino loco citato per postum significatur, quia est cardo vniuersi, circa quem omnia vertuntur, est enim alpha, & omega; principium & finis omnium.*

6 Tertio, merces vitæ æternæ secundum Tertiam. vniuersiufque bona opera, quæ ex gratia pro qua vni- ficiuntur, reddetur Matth. 16. & Psalm. 61. go opera Sed actus Virginis meritorij, ut cap. 6. dixi, meritoria quos in omni genere virtutum, præsertim in plurima, vita actiua, & contemplatiua exercuit, & eximie ex intensissima gratia procedebant: gratia fecit.

verò per singulos actus, quos fecit post primam gratiam in immaculata Conceptione acceptam, quibusque augmentum eiusdem gratiæ merebatur, incrementum capiebat, & præterea ipsa ex toto conatu operabatur. hi porro actus per totum vitæ spatium fuere innumerabiles; nunquam enim, ne tempore quidem somni, in quo cor suum vigilabat, à meritorii actibus supersedebatur: ergo & gloriæ magnitudo, quam supra omnes puras creaturas promeruit, est inexplicabilis.

Prover. 31.

re Prouerb. 31. de muliere illa forti, quæ Beatam Virginem significabat, dicitur; *Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius* (hoc est in exitu ab hac vita) tunc enim innumerabilia eius bona opera, ex quibus eximia mercedem est consecuta, solidam eius laudem omnibus notam fecerunt.

Eccl. Ildes. Rom 2.

De eius meritorum, & gloriæ magnitudine pulchre Ildesonus sermone 2. de Assumptione. *Quia, inquit, & si imperit præmia iustus iudex Christus Dominus secundum Apostolum unicuique iuxta opera sua; huic tamen sacratissima Virgini genitrici suæ sicut incomparabile est, quod ipsa gessit, & ineffabile donum, quod percepit; ita & inestimabile, & incomprehensibile præmium, & gloria, non dico inter ceteras sanctas Virgines, verum etiam inter omnes Sanctos, quam promeruit: Peruenit namque ad cæli palatium Beata, & gloriosa, ubi Christus sponsus Ecclesia intra Thalammum collocavit eam in dextera maiestatis: ibi siquidem eam assumpsit præcellentissimam inter primos, ubi iuxta David vocem, Sicut Regina in dextris Dei in vestis deaurato circumdata varietate. hæc Ildesonus.*

Psal. 44.

Deinde tot, tantisque meritis cumulata processit Virgo: *Ut etiam ipsi cælestis curia Princeps* (inquit Bernardus sermone 4. de Assumptione) *in consideratione tanta nouitatis elamenti non sine admiratione. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicti, affluens, nec enim patres inueniuntur delicta vel in nobis, quos in Civitate Domini lassificat fluminis impetus qui à vultu gloria voluptatis gloria potatur. hæc Bernardus.*

3. Reg. 10.

Virgo enim figuratur 3. Regum 10. per Reginam Saba, ipsa enim venit ad verum Regem Salomonem pacificum, & ingressa Ierusalem cælestem com comitatu, & diuitiis, & camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas; Non

sunt, ut ibi dicitur, allata vitæ tam multa aromata, nimirum virtutum insignium, & meritorum ingens magnitudo, quæ odorem vndique eximium mittebant; quibus cælestis Ierusalem aucta, & lætificata fuit. Et quidem de actibus meritorii Virginis eiusque virtutibus egimus cap. 6. & 2 gemus cap. 21. Hoc solum addam S. Ioannem Evangelistam singulare in cælo affectum præmium, quod luis erga Deiparam obsequiis, illa liberius meritorum cumulum auxerit, quod habet S. Gertrudis lib. 4. reuelationum cap. 49. *Per hoc etiam, inquit, quod B. Virgo visa est de corde B. Ioannis vaporem trahere, perpendit quod regalis Virgo spicivalem gloriam ex parte B. Ioannis attulerit pro singulis bonis, quibus ipso providente liberius potuit vacare in omni vita sua, & cum ista inquireret quem profectum B. Ioannes ex talibus haberet Dominus respondit. Quasi tot gradibus affectuum cor meum ipsi est auctus acclinatium, quot obsequiis matris meæ virtutibus ipsius solitudinem sensu affuisse. hæc in Sancta Gertrude.*

Cap. 21.

S. Gertrudis.

7 In præsentia satis sit aliquid attingere de operibus misericordiæ propter quæ gloria in die iudicii conferenda dicitur, & de nonnullis virtutum actibus, quibus in sacris litteris peculiariter merces Regni cælorum reprobatur. Sanè in extremo iudicii die Regnum cælorum propter opera misericordiæ Christo in suis membris præstita reddendum esse testatur idem Dominus Math. 25. *illic verbis: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, esurivi enim & dedistis mihi manucare, & quæ sequuntur. & mox: Quantum fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis. Sed Virgo sanctissima hæc omnia misericordiæ opera Christo in propria persona præ omnibus diligentissimè exhibuit, ergo & præ cunctis Regnum cælorum possidebit. Quæ in re audiamus Anselmum loquentem de beata Virgine in homil. ad Evangelium ex Luca, Intrauit Iesus in quoddam castellum, & ubi breuiter (inquit Anselmus) illa sex misericordiæ opera percurramus, quæcum uni ex minimis suis fuerint, Deus sibi facta conficitur. Virgo non quemlibet ex minimis, sed summum Dei filium hospitium, non in domo, sed in utero suscepit: Nudum, carne, vel etiam pannis operuit: Esurientem paup: Sistentem in-*

B. Virgo.

opera misericordiæ corporali cum Christo exercuit.

Matth. 25.

Grego. Elicom. na. iust. imper. magis. accep. S. T. Car.

Anselm.

Her.

Aug.

De potuit: Infirmum per Infantiam, & jacentem non solum visitavit, sed etiam balneando, fovendo, leniendo, gestando frequentavit, ut merito de ea dicatur, Martha satagebat circa frequens ministerium: Comprehensio, & crucifixe quasi in carcere posito assuit, sicut scriptum est, Stabat juxta crucem Iesu mater eius. hæc Anselmus.

Idem expendit sanctus Bernardinus Senensis tomo secundo, sermone 51. articulo tertio, cap. 3. Quod si potus aquæ frigidæ datus in Christi nomine mercede sua non carebit, & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, quæ merces manebat Virginem toties ex suis uberibus, & postea ex suo labore potum dantem non tantum in nomine Christi, sed ipsi Christo, & recipientem Dominum Prophetarum?

OPERA MISERICORDIÆ PERFECTISSIMO modo à Deipara Christo exhibitæ.

CÆterum, ut eximiam Deiparæ mercedem, quam ex hisce misericordiæ operibus in Christum impensis est consecuta magis intelligamus, illud animaduertere oportet, in operibus misericordiæ ex quadruplici capite unum posse alteri præstare, modo cætera sint paria. Primò, si illud ex majori charitate proficiatur, omne enim, quod datur, ex Gregorio lib. 22. moralium cap. 12. ex dantis mente pensatur. Secundo, si opus illud in aliquem egenum magis dignum impendatur. Hinc fit, ut D. Thomas in 4. distinct. 15. quæst. 2. artic. 6. quæstioncula 3. velit eleemosynam, cæteris paribus, magis faciendam esse melioribus. & Caietanus in 2. p. quæst. 32. artic. 3. Nisi indigentia, inquit, sit multo major in uno, quam in alio, melius esse dare minus indigenti justo, quam magis indigenti peccatori: & similiter minus indigenti meliori, quam magis indigenti minus bono: quoniam licet in magis indigenti sit major materia misericordiæ, in bono tamen, & meliori est major materia charitatis, quia est major virtus. hæc Caietanus. Et sanè eleemosynam magis erogandam viris bonis, quam peccatoribus fuscè probat Hieronymus libro contra Vigilantium in fine; & Epistola 150. ad Hedibiam quæst. prima. Idem quoque asserit sanctus Augustinus in

Psal. 102. Tertio, illud misericordiæ opus alteri præcellit, in quo plus pecuniæ, vel plus utilitatis in egenum conferitur. Quarto, denique illud opus præfertur, quod non tantum ex eo, quod nobis superest, juxta id, quod Luc. 11. præcipitur; verum etiam ex eo, quod nobis est necessarium, tribuitur: ideoque Luc. 21. Christus Dominus viduam illam pauperculam in Gazophylacium mittentem æra minuta duo plus, quam omnes misisse affirmavit, quamvis ex Marco capit. duodecimo, multi diuites multa in illud jactassent: Nam omnes hi (inquit Dominus) ex abundantis sibi miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit misit. At vero Deipara sanctissima (ut in præsentia summa charitate præstitit dum filium suum nostrum pretium cibum, & præmium de suis castis visceribus protulit) centè misericordiæ opera, quæ in Christum eam contulit supra commemorauimus, ex hoc etiam quadruplici capite illam præcunctis perfectissimo modo exhibuisse certum est.

Primò enim Deipara ex summa charitate ea faciebat; cuius ratio in promptu est, quia nimirum supra omnes in gratia, & charitate incomparabiliter eminebat, & præterea ex toto conatu, quemadmodum capite sexto dixi, operabatur: quin etiam superaddito incenso orationis, cui erat impensè addicta, ea omnia Deo magis grata reddebat; Oratio enim operum nostrorum holocausto, quo fit Deo magis acceptum, adjungi debet; propterea enim Leuit. 2. Thus orationis Symbolum in sacrificio adhiberi jubetur, quare Deipara illud Psal. 65. meritò usurpare poterat: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso aratum*; hoc est, operum holocausta cum incenso orationis, non externa tantum specie offeram, sed medullata; ex intimis nimirum voluntatis præcordiis, & ex ingenti charitatis affectu, quæ veluti medulla inter ossa latens, diuino palato suavissima est, ab aspidissima: Nam & propterea respexit Deus ad Abel: & deinde subjicitur: *Et ad munera ejus*, quoniam voluntate propensa, & amore erga Deum eximio, quæ per medullam, & adipem significari solent, suum munus cumulavit: quod

Eleemosyna melior, quæ ex eo, quod nobis deest erogatur. Luc. 21.

Mar. 12.

Opera misericordiæ Deiparæ ex quadruplici capite Deo gratissima

Leuit. 2.

Psal. 65.

Genes. 4.
Hebr. 12.

ad umbrare visus est, cum de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum Genes. 4. sacrificium obtulit. Quo circa, & ab Apostolo Hebr. 12. Abel plurimam hostiam obtulisse, quam Cain scribitur.

Christus
propter nos
egenus factus est.
2. Cor. 8.

Secundò, hanc misericordiam in maximè egentem, ac prae omnibus dignum conculit, in Christum scilicet pauperem, & simul Deum; quippe qui cum dives esset 2. Corin. 8. Pro nobis egenus factus, ut sua inopia nos divites essemus: hinc in sordenti stabulo natus, in vili praesepe reclinatus, & in morte in alieno sepulchro tumulatus, & dum viveret Matth. 23. de se ipse dicebat: *Vulpes foveas habent, & volucres caeli nidos; filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* & Luc. 8. Memorantur praeter illa mulieres, quae ministrabant ei de facultatibus suis. Quo circa huius pauperis tatis quam pro nobis spontè suscepit, gratiam memoriam

Matth. 23.

Luc. 8.

Thren. 3.
August. 17.
Psalm. 102.

exigit Thren. 3. Recordare, inquit, paupertatis, & transgressionis meae. & Augustinus titulum Psalm. 102. qui est Oratio Pauperis, de Christo interpretatur. Et quemadmodum peccatum Judaeorum, qui Christum occiderunt, fuit maximum in genere suo propter dignitatem personae ex sancto Thoma tertia parte quaest. 47. articulo 6. qui artic. 5. ad 3. ait: *Iudaeos etiam si habuerint ignorantiam affectatam, peccasse, non solum hominis Christi, sed tanquam Dei crucifixoress.* sic S. Thomas: ita opera pietatis, & beneficentiae erga Christi personam erant maximi valoris in Virgine, quia ex perfecta cognitione, & amore illius personae operabatur.

S. Thom.

Obsequium
erga Christi
personam
magni
meriti.
Tob. 12.

10. Tertio, Deipara omni misericordiae opera, ut ex dictis patet, cum Christo cumulatissime, atque efficacissime exercuit, quin etiam se, suaeque omnia Christi obsequio addixit. Quod si Tobias tanti faciebat filium suum à sancto Raphaelè saluum, atque in columen deductum, & cum uxore, ac divitiis reductum, id quod paucis diebus peregit, quid de sanctissima Virgine existimabimus, quae tam diu Christum primum infantem, deinde etiam grandiozem factum, temper est comitata, eique diligentissime ministravit? Et quia tantum hospitem dignissimo in terris loco excepit, in utero scilicet suo, ideo ab eodem filio vicissim nobilissimo in Coelis loco est collocata. Ita Damascenus oratione secunda de damnatione: *Ognus erat, inquit, eam, qua Dominus*

Damasc.

Verbum ventris sui hospitio exceperat, in divinitus filij sui tabernaculis collocari: & quemadmodum Dominus se in his, quae Patris sui essent verjari oportere dicebat, sic quoque Mater in filij sui palatij esse conveniebat, hoc est in domo Domini. Et in avvis domus Dei nostri, ita Damascenus. Nec in terris (inquit Bernardus sermone primo de Beate Alluptione) locus dignior veri virginis Templo, in quo filium Dei Maria suscepit: nec in Coelis Regali solo, in quo Marianus hodie Maria filius solimani, felix nimirum utraque susceptio, ineffabilis utraque, quia utraque inexcogitabilis est, sic Bernardus.

Quarto, haec omnia filio suo pauperulo, & peregrino non tantum ex superfluo, verum etiam ex sibi necessariis impendit: nam ex purissimis suis sanguinibus ei corporis tunicam contexit, in uteri suo gremio illum est hospitata, eumque lacte suo cibavit, & aluit, eique in reliqua vita sedulo ministravit, hoc elegantè Methodius in hypapantem agens cum Virgine: *Te, inquit, Deo alioquin nulli us res malignis, carnem, quam non habebat dedisti: quo inquam) hac ratione omnipotens, id quod esse dignatus est, homo videri licet verè apparet, quid hoc illustris? quid sublimius? qui caelum, & terram implet, cuius praeter ea sunt omnia quaecumque moventur, atque subsistunt, is tu factus est indigus, tu enim admirabilem incarnationem, quam aliquid non habui, Deo in unum dedisti. & mox: Euge Euge Mater Dei, & Ancilla, Euge euge, qua debitorum illum habes, qui omnibus minuat: Deo namque unius: si debemus, tibi verò etiam ille debet. haec Methodius.*

Et quemadmodum ipsa de suis purissimis sanguinibus filium Dei vestivit, ita vicissim in gloria vestitur ab eo. Bernardus sermone Signum magnum, agens quomodo B. Virgo sole amicta apparuit Apocalyp. 12. *Quam facta militaris, inquit, et facta es Domina, quam proxima, imò quam intima fieri meruisti, quoniam invenisti gratiam apud Deum? in te mater. & in te eo, & vestis eum? & vestis ab eo, v. si. eum substantia carnis, & vestis ille te gloria tua nuptialis, vestis solem, & solo ipsa vestis. & mox: Denique, & coronatus sum, & vicissim ab eo merui coronari: haec Bernardus.*

Sed totum hoc claudamus ijs, quae ponit sancta Brigitta in revelationibus suis in sermone Angelico, quae Angelus sanctae Brigittae dictasse sibi dicitur cap. 22. ubi puichè de premio

Bernard.

B. Virgo
praeter
Christum
excessiva

Method.

Bernard.

Apoc. 12.

S. Brigitta

premio Virginis dignissimo in hanc sententiam sic habet: Quia, inquit, ipsa veritas, qui est Dei, & Virginis filius omnibus confuisti, bonum etiam pro malo retribuere: quanto bonis per se ipsum credentibus est ipse Deus bonorum operum factores remunerare? & quia per suum Evangelium pro quolibet bono opere centuplum reddere promisit, quis excogitare poterit, quantis preciorum sublimitate donis, suam reuerentissimam Matrem uideris, qua nec quidem minimum peccatum unquam commisit, cuius opera Deo gratissima non habent numerum? nam sicut in suis Virginis anima uoluntas omnium bonorum operum inchoatrix extitit, ita & ipsius honestissimum corpus ad operum perfectionem instrumentum aptissimum, & iugiter applicabile fuit. hanc ibi de subicit: Corpus cum anima Virginis dignissima omni honore in Caelo fuisse glorificatum.

cap. 7. Quid mirum, inquit, si latissimam, & plenam, & superplenam habeat in Regno, qua gratiam plenam, & superplenam habuit in exilio? quid mirum, si tam in Caelo, quam in mundo eius plenitudo super omnem creaturam sit, de cuius plenitudine non omnis creatura uiret? Ita Bonauentura.

Quinto, & tangitur à sancto Ambrosio de institut. Virgin. capit. 6. ut mox dicemus; & à sancto Bernardino Senensi tomo 3. lib. 1. de uirginitate gloriose nomine Mariæ artic. 2. cap. 1. In illa corruptio proximum facit esse Deo lapient. 6. quare Apocalyp. 14. Centum quadraginta quatuor milia, qui cum mulieribus non sunt corrupti, & uirgines sunt, sequuntur Agnum nusquamque uent. Sed sanctissima Deipara est uirgo uirginum, uirginitatis magistra, ut loquitur Ambrosius, uirginitatem que uiam sine exemplo uoto Deo consecrauit. Et quidem

Quarto, Perfectio uisionis beatitudinis, in qua essentialis nostra beatitudo est posita ex Theologorum sententia in prima parte questionis 12. artic. sexto respondet magnitudinem charitatis, & gratie gratum facientis, quibus prædita fuit anima in hac uita, ex gratia etiam oritur puritas, & munditia cordis, de qua Matthei 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. etiam bona futura patrie præparauit Deus diligentibus se, quibus omnia cooperantur in bonum, iuxta illud 1. Corinthi 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua præparauit Deus his, qui diligunt illum. Sed uirginis gratia, charitas, & puritas præ cæteris omnibus puris creaturis fuit in gradu intensissimo, ut omnes fatentur, & nus de uirginis gratia, & puritate supra egimus capit. 6. & adhuc capite sequenti, & cap. 29. agemus, & de eius eximia charitate fufius capit. 9. disseruimus. Ergo uirgo præ unctis in beatitudine altissimo loco est sublimata: De hoc audiamus Bernardum sermone de Assumptione: Christus, inquit, generationem & Mariæ Assumptionem quis enarrabit? qui in eam in gratia in terris adeptus est præ cæteris, tantis in Cælis obtinet gloria singulari. Quod si oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua præparauit Deus diligentibus se, quod præparauit genitrici se, & quod omnibus effectum diligentibus præ omnibus quis loquatur? Ita Bernardus. Bonauentura in speculo beate uirg-

Ad uenturam uirgines, & plurimæ Mal. 4. sed post eam: Cum ergo uirgo (inquit sanctus Bernardus in sermone citato) sit incorruptissima, quippe qua mater est inchoatrix, et in gloria filio uicinisima. imò Ambrosius loco citato ex præmio amplissimo uirginibus promisso, quod matrem Dei decebat præcipue accipere, colligit Deiparæ uirginitatem: Et qua, inquit, esset, cui matris, quam Matri Dominus meritum reponeret, præmium reseruaret? nulli enim uertiora, quam uirginitate deputata munera, sicut scriptura nos docet, sic enim per Isaiam Dominus loquitur est. Nec dicat spado, quia ego sum lignum aridum, hac dicit Dominus spadonibus, Quicumque custodierint præcepta mea, & elegerint, quae ego uolo, & amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorum filijs, & filiabus, nomen æternum dabo illis, & non deficiet, alius promittit, ut non deficiat, Matrem suam deficere patiebatur? sed non deficit Maria, non deficit uirginitatis magistra. Ita Ambrosius, & Bernardus homil. 2. super missus est. Nouum, inquit, canentium illud, quod solè dicitur in Regno Dei cantari uirginibus, ipsam uirginum Regnantem cum cæteris, in d. primum inserere ceteras esse canentem, nemo est, qui ambigat hæc Bernardus & Sophronius de Assumptione uirginis: Si qualibet uirginitas tantum erigatur, ut Angelus comparetur, multo magis Beata & gloriosa Maria, qua singulari commendatur privilegio, & immenso alicatur meriti-

Psalm. 44. S. Bernardus. Ambrosius. Præmium uirginum. Isa. 61. Bernardus.



monio, Cæterum de Virginis intemerata virginitate plenius agemus cap. 32.

Cap. 32. Sexto, verissima est illa sententia à Salvatore nostro variis occasionibus toties inculcata Matth. 23. Luc. 14. & 18. *Qui se humiliat, exaltabitur.* & Matth. 18. *Quicumque humiliaverit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno Cælorum.* & cap. 20. *Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester minister: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare:* quibus consonant verba illa Deiparæ in suo Cantico. *Es exalta vit humiles.* Quocirca Christus Dominus, vt hanc doctrinam hominibus pernecessariam impensius commendaret in vltima cœna, etiã sibi tot, tantaque sibi essent facienda, & dicenda, quæ sacri Euangelistæ & præsertim sanctus Ioannes litteris consignarunt, sciens tamen te humano generi ad imitandum humilitatis exemplum carnem sumpsisse, illud summæ humilitatis exemplum nobis relinquere voluit, dum positus vestimentis præcinxit se linteo, & discipulorum pedes, ipsius etiã Iudæ manibus suis, in quas omnia ei Pater dederat, lauare, & linteo extergere non est dedignatus.

Philip. 2. apostolus quoque Philipp. 2. vt gradus, quibus Christus ad exaltationem sui nominis peruenit, nobis proponeret: *Humiliatus, inquit, semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* & Dauid Psalmo 109. *De Christo agens: De torrente in via bibit, Propterea exaltabit caput.* Ex his omnib. rectè colligimus humilitatem causam esse exaltationis.

Humilitas Virginis maxima. At beata Virgo inter virtutes, quibus potissimum commendatur, humilitatè maximè excellit, vt patet ex iis, quæ mox dicemus; & ex iis, quæ copiosius capite 21. disseremus; ergo fuit maximè exaltata, hæc ratio est Ildesonsi, vt dicemus, Bernardi sermone de Aquæductu in Natiuitate Virginis, & sancti Bernardi tomo 3. sermone 1. de glorioso nomine Mariæ artic. 1. capit. 2. & sancti Antonij quarta parte tit. 25. cap. 20. § vltimo. De sua enim humilitate, & exaltatione ipsamet in Cantico: *Quia respexit, inquit, humilitatem ancilla sua, eccæ enim ex hoc beatam me dicant omnes generationes, quod expensum Ildesonsus sermone secundo de Assumptione: Virgo inquit: solam sibi vendicat humilitatem ancilla, qua Mater Saluatoris ab*

Angelo veneratur: nec tamen eandem humilitatem à se aliquid esse dixit, sed quia Altissimus eam respexit, & acceptam sibi fecit, idè beatam me dicent omnes generationes, de quo hodie totus testis est mundus. hæc Ildesonsus. Idem sermone tertio, Magna promeruit præmia æternæ remunerationis, quia multum se humiliavit inter immensa æona, inter diuinitatis commercia, hodie à Domino multum exaltatur gloriosa, Denique idè Christus humilis ad humilem Virginem venit, quàm elegit, vt de tam profunda humilitate triumphum erigeret salutis, & exaltaret eam (vt can. auimus) etiam super choros Angelicos. sic ille. Bonauentura in Speculo capite sexto, hoc ipsum docet: Nunquam, inquit, Virgo supra choros Angelorum sublimata ascendisset, nisi prius infra homines humiliata descendisset.

Cæterum de profunda Deiparæ humilitate audiamus sanctum Bernardinum Senensem, reliqua enim de eius humilitate vberius cap. 21. persequemur. Sanctus Bernardinus Senensis tomo. 2. sermone 31. artic. 7. cap. 3. de Virginis profundissima humilitate agens, *Non est credendum, inquit, quod ad recipiendum filium Dei, in carne sua se existimaret dignam; nam gratia sanctificationis, quam in vtero Mariæ accepit, quæ eam omni virtute repleuit sic à principio mentem eius in abyssu humilitatis fundauit; quod sicut nulla post filium Dei creatura tantum ascendit in gratia dignitatem, sic nec tantum descendit in abyssum humilitatis profunda: nec insuper alicui pura creatura in hoc sæculo est datum tantum degustare nihilum creatura, nec tantum se humiliare, & annihilare sub voluio diuina maiestatis.* & artic. 3. cap. 2. inter quinque arma interiora, quibus defendebatur Virgo, recenset humilitatem, *Quinto, inquit, assueti ei aspectus sua propria nihilitatis, eo quod continue habebat actualem relationem ad diuinam maiestatem, & ad suam nihilitatem: proinde in persona intellectus sui Prophetæ dicebat: Ad nihilum redactus sum, hæc sanctus Bernardinus. Quocirca sicuti Christus, quia humiliavit se infra omnes, exaltatus est super omnes, ita & Virgo sanctissima quæ secundum Christum maximè se humiliavit, atque deiecit, pariter & supra omnes secundum Christum est exaltata, de quo S. Brigitta in suis Reuelationibus in sermone Angelico capite 2. Verba sunt Angeli, *Quia inter omnes Angelos, & homines ipsa Virgo inuicta**

est humillima, ideo super omnia, qua creata sunt, facta est sublimissima, omniumq; pulcherrima, atque ipsi Deo super omnes similima. hæc in Revelationibus S. Brigittæ.

Septimò
quia præ
ceteris
plurima
pro Chri-
sto tolera-
vit aduer-
sa.
Rom. 8.
Pro Chri-
sto ex cha-
ritate pati
mensura
est gloria.
2. ad Thi-
mot. 2.
2. Cor. 1.
Philipp. 3.
Luc. 22.
Matth. 10.
Luc. 9.
Act. 14.
1. Pet. 4.
Luc. vit.
Psal. 109.
Philip. 2.
1. Pet. 21.

1. Septimò, medium certissimum perueniendi ad gloriam, quoniam ad magnum gloriæ cumulum, illud est, vt exemplo Christi Domini ex charitate plurima patiamur eius causa, quod vbiq; testantur diuina oracula: ideo enim ad Rom. 8. Quos præseruit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: & superior dixerat: Quod si filii & hæredes, hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi, & statim adiecit: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur, & 2. ad Thimot. 2. Si commorimur, & conuincemur 2. Cor. 1. Sciens quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis, & consolationis. Ad Philipp. 3. omnia Apostolus detrimentum fecerat ad cognoscendum Christum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius configuratus morti illius: hæc enim societas passionum cum Christo reddidit nos socios cœlestium consolationum cum eodem, qui enim in bello, & tribulatione propior est Regi, congruum est, vt propior sit in triumpho, ac consolatione: quare Luc. 22. Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatur, & dicitis super mensam meam in Regno meo, & sedeat super Thronos iudicantes duodecim tribus Israel. & Matth. 10. de iis, qui pro Christi confessione non timent eos, qui occidunt corpus: Qui confitebitur, inquit, me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo: nam Luc. 9. Qui me erubuerit, & hunc filius hominis erubescet. Act. 14. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei 1. Pet. 4. Communicantes Christi passionibus gaudeat, ut & in reuelatione gloria eius gaudeat exultantes: si exprobramus in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloria, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescat. Ideo ipse Christus Luc. ult. de te ipso: Oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. & Psal. 109. De torrente (id est tribulationum) in via bibit, propterea exaltabit caput. & Philip. 2. Humiliatus semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltatus illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Hinc est, quod Apoc. 21.

Angelus mensura est Ciuitatem cœlestem, scilicet Ierusalem, de arundine aurea, quia ea, quæ quis in terris patitur (quod per arundinem veluti per crucis baculum significatur) dummodo ex charitate, quæ per aurum intelligitur proficiantur, mensura sunt magnitudinis gloriæ in cælo, ac proinde propinquitatis ad Christum, in cruce enim veluti in ampla mensa omnes serui Dei accumbunt, & quem locum in ea habent in præsentia vita, eundem habituri sunt in beatitudine, quod in Psal. 93. Propheta David significauit: Secundum multitudinem gloriæ, inquit, dolorum meorum in corde meo consolationes tua iustificauerunt animam meam; quod non in præsentia tantum, sed multo magis in futura vita experiemur. In hac portò crucis mensa primus ipse Christus, qui dolorum omnium omnes acerbitates exoruit. Secunda filio proxima mater accubuit, & meritò, quæ enim primo maternitatis gradu prima numeretur, eadem apud filium proximo recepta est loco, non tantum vicinitate generis, verum etiam similitudine virtutis, propinquitate beneuolentiæ, societate doloris, remuneratione mercedis, confesso gloriæ: quare ex hoc capite inferre licet, & meritum eius incomprehensibile, & præstantiam in gloria singularem, atque adeo præ cæteris vicinitatem cum Christo summam. Ad hoc etiam spectant ea omnia, quæ superioribus capitibus disseruimus de gladio doloris, qui animam Deiparæ in Christi passione pertransit, alii enim fugientibus, vel longè stantibus ipsa: Stabat iuxta crucem Iesu. Quare in ferculo Salomonis, quod typum fuisse Virginis dixi cap. 5. Alcenus erat purpureus, nimium, quia per multas tribulationes ad sublimitatem suæ gloriæ conscendit. Hinc est quod Genes. 7. de Arca Noe sic legimus, Multiplicata sunt Aqua, & eleuauerunt Arcam in sublimem; quoniam aquæ tribulationum sublimarunt, & illustriorem reddiderunt Deiparam per Arcam Noe (in qua saluatum est genus humanum) rectè significatam: quemadmodum cap. 16. dicemus, quæ tandem post diluuium Genes. 8. requieuit super montes Armenia, qui sunt miræ altitudinis, & significant ordines Angelorum, super quos Deipara post præsentis vitæ diluuium fuit collocata: neque id mirum esse debet, cum fundamenta etiam, seu initia beatæ Virginis in vertice montium, id est, supra omnia

Psal. 93.

Ioan. 19.

Cant. 2.

Genes. 7.

Cap. 16.

Genes. 8.

107

gaur, quā
in Ascen-
sione.
S. Bernar-
dinus.

2. ubi ait hoc mysticē figuratum 3. Regum 2.
cū Salomon venienti ad se Matri occurrit,
eamque adoravit, de quo fufius c. 6. dicemus,
Gerson.

Adit & Gerson super Magnificat, quē citat
Raulinus tomo 2. de Sanctis sermone 45:
Pio creditur Dei privilegio in Virginia Assumptio-
ne evacuatum esse purgatorium, dum enim prin-
cipis coronatur, aperiantur carceres, quanto magis
in coronatione Despara. & Ildefonsus ser. 1. de
Assumpt. Vidi, inquit, Ierusalem descendere
de caelo à Deo ornata auro mundo, & lapidi-
bus pretiosis intertextam. Quo profecto hodie decora-
ta ideo descendit ut Regnum mundi Beati scilicet
Mariam secum eveheret ad sublimia, & colloca-
ret in Throno Regni, & mox: Quod si David una
cum omnipopulo dignum duxit Arcam veteris is-
taementi cum tanto honore prosequi, ut scriptura
testatur: multo religiosus est hanc dignis laudi-
bus commendari. Ascendit David, & omnis po-
pulus cum eo, ut ferrent Arcam Dei, super quam
in vocatum est nomen Domini exercituum, seden-
tis super Cherubim, & David, & omnis populus
lutebant coram Domino omni virtute in canti-
ca, cytharis & Psalteriis, tympanis & sistris cum
cymbalis & tubis. Rogo si in figura officiosissime
tanta confertur gloria: quia hodie ante beatam
Virginem quando illa in caestem Ierusalem eve-
hitur: quantum exercitus Sanctorum praecurrit cū
hymnis & canticis: quae nimirum Virgo, ac si ar-
ca hodie de captivitate huius seculi Angelorum
exequis glorificata reducit, non in Ierusalem,
quam de coetu vel vastavit Chaldaeorum exercitus
sed in illa veram, & caestem quam fundavit
Deus & non homo, collocatur. haec tenus Ildefon-
sus.

2. Reg. 6.
7 Hinc Deiparæ exaltationis figura præcef-
sit in Esther, qua lib Esther cap. 2. sic legimus:
Ducta est, inquit, ad cubiculum Regis Assueri, &
adamauit eam Rex plus quam omnes mulieres,
habuitque gratiam & misericordiam coram eo, &
posuit ad eam Regni in capite eius, secuturque eā
regnare. haec ibi. De qua eleganter S. Bern. to. 3.
conc. 11. art. 2. cap. 2. agens de Assumptione:
Tunc, inquit, Beati: Vigo quasi altera Esther de
triclinio foeminarum, id est, de Ecclesia militan-
te adducta, & per totam militiam caelestis exer-
citus ad cubiculum Assueri, scilicet summi Dei, ita
ut illi non conveniat propheticum illud, Tenuisti
manum meam, & in voluntate tua deduxisti

me, & cum gloria suscepisti me. Quod hodie ve-
rè factum completum, quando omnes Caeli Civis
viderunt eam ascendentem, & delicias divine
rum amplexuum affluentem, inmixtam super di-
lectum suum. haec S. Bernardus, Merito igitur
canit Ecclesia, ut testatur Ildefonsus ser-
mone secundo de Assumptione. Maria Virgo
assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex
Regum stellato, omnino ineffabili, ut ait Ildefonsus,
sedes solo. Damascenus oratione 1. de dormit.

Damasc.
Non ut Elias, inquit, in Caelum ascendisti, neque
ut Paulus ad tertium usque Caelum subiecta es,
verum usque ad regiam filij tui Thronum perve-
nisti, perspicue enim, ac laetè conspiciens, & cum
magna, atque inenarrabili quadam libertate as-
sians Angelis, atque omnibus mundo sublimiori-
bus virtutibus arcana quadam, atque omni di-
cendi facultate superior lassata. Idem supra: O
praclarissimum, inquit, excelsum, qui hoc tibi af-
fere, ut cum Deo praesens sis. Nā cum omnibus quo-
quo alijs numine divino affatis Dei famulus istud
divino munere concessum sit, ut infinitum tamen
Dei seruioribus, ac matris di. crimen est. haec Da-
mascenus. & Ildefonsus ser. 1. de Assumptione:

Ildefonsus
Dominus Iesus, inquit, Matrem secum in Throno
regni collocavit, & in immortalitatis gloriam eā
transposuit, ac super choros Angelorum super so-
lemniter exiit, sic ille Ildefonsus sermone 1. de
Assumptione: Idcirco huius Virginis animam
Dominum magnificans glorificemus, quam
hodie Paradisus exceptis gaudens, quam Angele
cum laudibus prosequuntur, quam Apostolorum
chorus veneratur, quam Martyres candidati bea-
tificans, quā SS. Confessorum stelatus concelebrat
numerus, cui hodie SS. Virginum cum suis palmis
victoricibus exultanter occurrit exercitus. sic Il-
defonsus. & Bern. homil. 1. super missus est:

Bernard.
Damasc.
Nonne tuo, imò veritatis iudicio illa, qua Deum
habuit filium super omnes etiam choros exaltabi-
tur Angelorum? & Gabriel Biellect. 32. in can.
Missæ: Ad thronum, inquit, caelestem intemerata
Virgo, & mater processit, atque in Regni solio
post Christum gloriosior residet sublimata. & An-
dreas Cretenf. de dorm. Virg. O Virgo Regina o-
mnis humana natura, qua habes non com-
parabilem cum alijs appellationem, qua excepto
Deo solo es omnibus altior.

Et reliqui quidem sancti magnum existi-
mant privilegium esse cum Domino, ita Apo-
stolus Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo,
& 1. Theff. 4. Simul rapiemur cum illis in nu-
bibus

Psalm. 73:

Offic. Eccl.
Ildefonsus.

Damasc.

Ildefonsus

Bernard.
Damasc.Gabriel.
Biel.Andreas
CretenfisCharitas
familiari-
ter est cum
Virgine.
Philip. 1.
1. Theff. 4.

Y

bibus

Luc. 1.

Esther. 5. 7.

bibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus: aut peculiare privilegium Virginis, quod Dominus esse dicitur cum ea, & ideo Angelus ad ipsam, Dominus tecum, quia peculiari familiaritate cum ipsa Christus agit, etiam in gloria cuius figura cernitur in Esther apud quam Rex ipse Assuerus, qui alios magnificentissimo convivio exceperat epulari semel atque iterum voluit invitatus ab ea, ubi à Rege audiuit: Quid petis ut detur tibi, & pro qua re postulas: etiamsi dimidiam partem Regni mei petieris, impetrabis.

Denique ut c. 6. ostendimus, B. V. supra omnes sanctos facit chorum separatam, plus sola habet gloriæ, quam omnes Angeli, & Sancti simul, quod rationibus & auctoritatibus confirmavimus: videt etiam omnia, quæ Deus novit scientia visionis; exceptis ijs solum, quæ ad interitus Christi Domini cogitationes spectant, ut ibidem dicebamus. de diademate quoque regio quo est exornata in cælis habes in eod. c. 6. Quæ omnia immensitatem gloriæ Virginis, ac per consequens maximam cum Christo vicinitatem indicant: quod ipsum eius precibus, & meritis aliquando nobis in cœlesti patriâ soram intueni liceat. Amen.

VIRGINIS DEIPARÆ AD EXCIPIENDUM Deum supernaturalis, eaq. amplissima præ aliis puris creaturæ capacitas.
CAP. XIII.



S. Thomas

Non ad quartæ sedis materialium proprietatē spectat, figuram scilicet apertam & capacē ad excipiendum sedentem, quod in Throno Angel. vult S. Tho. inveniri, per præpositiōnem qua aperti sunt ad Deum suscipiendum, eiq. famulandum: scimus in sanctissima etiā Virgine Dei throno amplissimo perfectē & hoc reperiri, etenim huius Virginis corpus, & anima, ut dignum filii sui habitaculum effici mereatur à Patre æter. Spiritus S. cooperante, ut dicit Eccl. ita fuere præparata ut quem cæli capere non poterant, suo gremio complexit, & per antonomasiam Dei à cilla appelletur, quod nullum alium Dñm unquā habuerit, Deiq. voluntatem perfectē, cōstāterq. per fecerit, sed quia de hoc satis liquet, & alib. egi in præsentia circa Virgin. capacitatē maximā

explicandam immorabimur. Thom. opus. 8. Virgo, inquit, gratia plena fuit, non solum quantum ad boni operationem, & quantum ad malitiam vitiationem, sed etiam quantum ad redundantiam animæ ad carnem, vel corpus: Nam magnum est in sanctis habere tantum de gratia, quod sanctificet animam: sed anima beata Virginis ita fuit plena, quod ex ea refudit gratiam in carnem, ut de ipsa conciperet filium Dei, & ideo dicit Hugo de sancto Victore, quia in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius mirabilia faciebat, in tantum, quod de ea nasceretur Deus, & homo. hæc S. Thomas. S. Iacob. in Liturgia cum Virgine loquens: Deus, inquit, nossem tuam ventrem latorem, ac ampliorē cœlis ipsis reddidit. S. Bernardinus tom. 3. serm. 3. de glorioso nomine Mariæ art. 2. cap. 1. Merito, inquit, B. Virgo ait, Gyrum Cæli circumtulit; ex hoc enim Bernardus in quodam sermone clamans ait: O venter capax cœlis, diffusor terris, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus mundus comprehendere non potuit, & qui tribus digitis molem terræ appendit. hæc S. Bernardinus. Gregorius quoque Nyssenus pulchrè in oratione de Natali Domini asserit B. Virginis non tantum animam, sed etiam carnem Spiritus sancti habitaculum fuisse. O beatum, inquit, uterum illum, qui bonitas præstantia ad se animi traxit bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus, Spiritus sancti præsentiam capit, hic autem caro sic Spiritus sancti receptaculum. Epiphanius, serm. de laud. Deiparæ: O uterum, inquit, impollutum, habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehensibilem, in se verò comprehensum portavit: O uterum cœlo ampliorē, qui Deum in se non coarctavit: O uterum qui cœlum et septem circulis constans, & capax illis existis: O uterum septem cœlis sublimiorē, ac latiorē: O uterum, qui es octavum cœlum septem firmamentis latiorē. hæc Epiphanius, Chrysostomus in Liturgia: Hæc, inquit, animatum Dei templum est: hæc cœli, terræq. pariter domicilium: Hæc natura illius, qua comprehendendi non potest, amplissimum habitaculum. Idem in quodam sermone. Hæc sola cœlum, ac terram superavit. Georgius Nicomediensis orat. de Præsent. Virg. Oportebat, inquit, non in sanctis / anctorum tabernaculis, sed in ipso cœlo cœli in prima acate educari eam, qua his cōspicienda est lætor, & puritate antecelluit, & iterum. In Virgine, inquit, comprehensus est, qui comprehendendi non potest. Petrus Chrysologus serm. 142. Super,

Luc. 1. B. Virgo Maria pl. na.

Hugo de V. Victore.

S. Iacob. B. V. venter cœli capax.

S. Bernard. Eccles. 2.

Bernard.

Nyssen.

Epiphanius.

Chrysost.

Georgius Nicom.

Chrys. Pres. 142.